



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu  
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas  
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.  
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

**Eisvogel, Veremund**

**Augustae Vindelic., 1727**

17. S. Antonius primus inter Eremitas Abbas

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

Ius 80. annos exegit in solitudine, quin  
ullum videret hominem præter S. Anto-  
nium, quem Deus ipse advocavit. Di-  
lecte! patet causa, cur tam modica san-  
ctitas nostra? magis vivimus homini,  
quàm Deo. Sed quid híc S. Augustinus?  
*Amplectar te bonum, sine quo nihil est  
bonum! amplectar te optimum, sine quo  
nihil optimum.*

*Instructio meritoria.*

Per quamlibet septimanam diem Mer-  
curii, Veneris, & Sabbathi, aut diem  
alium solemnem alicujus profesti vene-  
remur sanctō silentiō, & recollectione  
mentis, ac vitæ. O quàm pura, quàm  
quieta, & serena tunc servabitur con-  
scientia. Hâc præveniamus Festa. *Quid  
prodest solitudo corporis, si solitudo de-  
fuerit mentis.* S. Greg.

Festum S. Antonii inter Eremi-  
colas Primi Abbatis.

**EXHORTATIUNCULA I.**

**A**udiit ex S. Evangelio: *Si vis per-  
fectus esse, vade, vende omnia, &  
da pauperibus.* Dedit Antonius fugiens  
ad

184 XVII. Januarii. S. Antonii Abb. Erem.

ad antra, eremos, & deserta. Fili! miramur nunquid tam generosè pauperem? verum audiamus, quid S. Hieronymus: *Affatim dives est, qui cum Christo pauper est.* Rejiciamus mundi sarcinam, ne opprimat.

*Instructio meritoria.*

Nihil negemus hodie justa petentiibus; & si non habeamus, quod demus de substantia, demus saltem de bona voluntate, demus pacifica, & verba mitissima. Pro omnibus affictis, miseris, & indigentibus offeramus 34. *Pater & Ave.* Et haec in cultum ætatis Christi, qui benefecit omnibus.

II.

**Q**uis liber à tentatione? nec sancti Antonius fastu vanitatum, divitiarum fulgore, & voluptatum illecebris tentatur ab inferis. Sic nullus locus ab hostibus securus. Fili! terreat nos tandem nostra in vivendo libertas! putamus, nos stare. Attimendum, ne in momento cadamus. Ubique enim tentatio! ubique dæmon! ubique caro!

recte



XVII. Januarii. S. Antonii Abb. Erem. 189  
rectè S. Laur. Justin. *Securitas est facilis  
ad lapsum.*

*Instructio meritoria.*

Ad arma! ad Vigilias! ad preces! familiarem nobis illam, hodie præcipue, faciamus tuendæ puritatis formulam: Per Immaculatam Conceptionem, & Intemeratam Virginitatem tuam o purissima Virgo! emunda + cor + corpus + & animam meam. Addamus & Officium de Immaculata Conceptione. Vis mundus esse? Mundam dilige!

III.

**P**ro testamento suis discipulis nobilis reliquit doctrinam dicens. *Credite filii! pertimescit Satanas piorum vigilias, orationes, jejunia, voluntariam paupertatem cum humilitate. Ecce! his virtutibus superantur inferi.*

*Instructio meritoria.*

A manè excitati statim surgamus, intentionem matutinam quam devotissime coram SS. Altaris Sacramento præmittamus, ad prandium, & cœnam aliquem cibum esurienti Jesu offeramus, nostraque abstinentiâ pauperes pascamus.

mus. Quis neget, & nos tunc in humilitate profecisse plurimū? vade ergo retrò Satana! depellamus recitando Cursum Marianum. Quod aurora noctuæ, id est Maria Satanæ.

**Festum Gloriosissimi Martyris  
S. Sebastiani Patroni contra pestem  
potentissimi.**

**EXHORTATIUNCULA I.**

**H**eu! peccata nostra clamant vindictam coram Judice Divino! Fili! quid fiet nobis? verū stat fixum, & irrefixum, Deum nostrā placare humilitate, & pœnitentiâ. Promeritum ne arripiat flagellum suæ iracundiæ, nosque omnes feriat miserâ peste, confugiamus ad S. Sebastianum, quem & quotannis speciali veneremur pietate. Potens est! vivamus, ut mereamur.

*Instructio meritoria.*

Quæ autem pietas illa? in profecto se junemus, & pro tota dilecta patria in templo coram Sanctissimo Septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis Majoribus (tempore opportuno) recitemus.

Ore-

